

La
1931









Hanc ego Virgo *Tibi, Boelmi* dulcissime, noctem
 Gratulor et noctis gaudia plena bonae.

In *Dominae* recubare sinu *Te* vidit Apollo,

Laeta que in amplexu dormiit illa *Tuo*.

Hanc ego Virgo *Tibi, Fortunatissime*, noctem

Gratulor: hae faustae sint *Tibi* deliciae!

Quae sim, scire cupis? Nimum me semper amasti,

Ex quo nota *Tibi* tempore Virgo fui.

Invidiosa *Tuum* reliquis sum propter amorem:

Invidiam lateat nomen, *Amice*, meum.

Per *Te* saepe nouis hederis redimita capillos,

Et sum saepe nouis tempora cincta rosis.

Tu quoque me magna fecisti dote superbam:

Quod placeo et fio pulcrior, ecce! *Tuum* est.

Pulcrior at *Domina* est *Tua* nunc, et ditior est me.

Me miseram! ah priscus forsitan abibat amor.

Non facies. Sum cara *Tibi* cum *Coniuge* cara.

Vt ferat, *Ipsus*, ceu *Tua*, mater ero:

Reginae que meo nomen signetur in albo,

Iuret et in leges officiosa meas.

Sed mihi cur iuret? *Tibi* iam data dextra fides que.

Quid superest? *Tibi* iam praestitit obsequium.

Promissione Rectoris Successori facta Academiae Lipsi. se obstrinxit
 numero que ciuium Academicarum adscripta est

Matrona Ornatissima

CHRISTIANA REGINA HEZERA

Viri Illustris

IOH. GOTTLLOB BOEHMII

Coniux dulcissima

An. MDCLXXI. d. XXII. mensis Novembris.

Auctore *Severo*, c. *Ad. h. t. Le. tore.*



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE



Za 2931. 2°

ULB Halle 3

006 568 017



v2n8





Hanc ego Virgo *Tibi*, *Boelmi* dulcissime, noctem
Gratulor et noctis gaudia plena bonae.

In *Dominae* recubare sinu *Te* vidit Apollo,
Laeta que in amplexu dormit illa *Tuo*.

Hanc ego Virgo *Tibi*, Fortunatissime, noctem
Gratulor: hae faustae sint *Tibi* deliciae!

Quae sum, scire cupis? Nimum me semper amasti,
Ex quo nota *Tibi* tempore Virgo fui.

Inuidiosa *Tuum* reliquis sum propter amorem:
Inuidiam lateat nomen, *Amice*, meum.

Per *Te* saepe nouis hederis redimita capillos,
Et sum saepe nouis tempora cincta rosis.

Tu quoque me magna fecisti dote superbam:
Quod placeo et fio pulcrior, ecce! *Tuum* est.

Pulcrior at *Domina* est *Tua* nunc, et ditior est me.
Me miseram! ah prifcus forsan abibit amor.

Non facies. Sum cara *Tibi* cum *Coniuge* cara.
Ut ferat, *Iphus*, ceu *Tua*, mater ero:

Reginae que meo nomen signetur in albo,
Iuret et in leges officiosa meas.

Sed mihi cur iuret? *Tibi* iam data dextra fides que.
Quid superest? *Tibi* iam praestitit obsequium.

Promissione Rectoris Successori sacra Academiae Lipsi. se obstrinxit
numero que ciuium Academicarum adscripta est

Matrona Ornatissima

CHRISTIANA REGINA HEZERA

Viri Illustris

IOH. GOTTLOB BOEHMII

Coniux dulcissima

An. MDCCLXXI. d. XXII. mensis Novembris.

Autore *Legere, Acad. h. t. Legere.*

BIBLIOTHECA
PUNICAVIANA

